Iudex equus debet esse non ita debet
indulgere ut equitatem offendat
Nam teste Tulio libro 2o de officiis
iudicis est semper iuratum verum sequi
Et libro 2o Iudex inquit bonus
neque contra rem publicam neque contra
iusiurandum seu contra fidem faciet
etiam si iudex fuerit de ipso amico
sed tamen amicicie ut amici causam
malit esse veram quam oppositam non
tamen quod falsam defendat et primo
decidenda lite tempus quod leges
permittunt accomodare poterit sed
iudicet recte cum meminerit se deum
testem habere Que verba nil aliud
sonant nisi quod iudex sit amicicie
favore non debet prius affligere quam
sentenciare Unde Tulius in oracione
sua pro die quam iacet in exilium Ne
mo inquit tam facinorosa inventus
est vita ut nondum iudicatus prius sen
tenciis convinceretur quam suppliciis addi
ceretur Itaque iudex repente pe
nas infligere non debet nec favere
muneribus Unde Galtherus in Al
lexandreidos libro primo Si lis
adeat te iudice dirige libram
iudicii non flectat amor nec mune
ra palpent Nec moveat stabile
persone accepto mentem muneris
arguitur accepti censor iniquus Mu
nus enim a norma recti distorquet
acumen iudicis et dextram involvit
caligine mentem Cum semel obtinu
it vicior iuris in aula Pestis a
varicie que sola incarcerat omnes
Virtutum spes spreto moderamine iuris
Curritur in facinus nec legis cu
ria curat Ligatur iustus curat

et iniustos absolvit curia mendax
Et ibidem Galtherus libro septimo
Censor iniquus avertit surdas a
causa pauperis aures Et fovet
iniustam corruptus munere causam
Unde Petronius Quid faciunt le
ges ubi sola pecunia regnat Aut
ubi paupertas vincere nulla potest
Iam nunc iudicium nichil est nisi
publica merces Curia est pro ere
rem prodita emptare Ovidius Am
bigue prebere liti venalis plus
venalis curia primum Ipsa quam ma
iestas auro corrupta latebit Ut
testatur ait Tulius libro primo de le
gibus Ipsum quam iustissimum est iusticie
mercedem non querere Animadvertant
igitur iudices ne favore munerum
seducantur sed equitate presideat Na
sic colligitur ex tradicione theodosia
no libro primo Equitas est rerum
convenientia que cuncta coequiparat
et imparibus causis paria iura deside
rat Sed quid dicemus quia teste
Quintiliano libro sexto de Oratoria
institucione naturale est iudicibus
ut hiis quos libencius audiunt
facilius etiam credant Quomodo
igitur iudex sua natura deserere
poterit Qua si non deserat quo
modo eque iudicabit Attendat iudex
ut a limitibus iuris non recedat
Si autem veritati melius placere
facilius credat peccatum non autem si
benivolorum iustas causas sedulus
foveat naturale est Si autem
omnibus partibus causis equa ben

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs161/0090
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch
Baden-Württemberg